

IOHANNES DE TEMPORIBVS.



Ioannes ille optima corporis constitutione & legregijs morib. præditus, à Carolo Magno armiger constitutus est, cum esset annorum quindecim natus, Anno domini octingentesimo. Erat autem is Iohannes temperatissimæ uitæ, qui sua sorte eaq; honestissima partim in Germania, partim in Gallia uiuens, hominibus magnæ admirationis fuit. Nam communem hominum uiuendi morem transgessus, ad nonum Conradi Imperatoris annum peruenit. Natus enim annos trecētos & sexaginta unum tandem omnibus rebus per totam Europam commutatis, anno Christi millesimo centesimo quadragesimo sexto moritur, ita ut Deus Patriarcharum diuturnam uitam in hoc Iohanne, ultimo seculo, nobis representarit. Nec etiam dubium est, quin plures homines, si crapulæ, curæ, externus calor, & aëris siccitas abessent, longiorem solito, etiam nostro tempore, ætatem consequerentur.

Rob. Gag.